

**G**ratulor egregiis ausis, Dilecte *Calixti*,  
Dum scandis nostræ pulpita docta Scholæ,  
**Q**ui semper fueras solers, pius atqve modestus,  
Sis porro, & meritas fer pietatis opes.  
Sint Mæcenates, Fautores sintqve Patroni,  
Auxilio qui Te consilioqve juvent,  
Ut valeas gratam Studiorum tangere metam,  
Et Patriæ valeas commoda ferre tuæ.

f. 6.  
Paulus Hofmann D.

---

Ad Ornatissimum Respondentem.

**Q**uo se jam *Græcus*, jam *Barbarus* efferat ortu  
Progressuqve *Sophus*, chare *CALIXTE*, studes:  
Ut tibi progressus studiorum perbene cedant,  
Surgat & e studiis messis opima, precor,

Modestæ ac diligentæ tuæ  
bene cupiens

M. Johannes Sartorius.

---

**P**ublica delectat Te lux, mea vita, *Calixti*,  
Publica dum prima luce theatra subis,  
Hinc pede non claudo Te publica fama sequatur,  
Buccina sit laudis Patria clara tuæ,  
Sit copias multæ festinatissimus hauustus,  
Sit scyphus ipse Plato, sit Stagirita calix.

*His Summ nobilitate festinanter  
voluit*

Johannes Böhmt Passenh. Pruss.

---

**D**um se bonorum dogmatum præstantior  
Diffundit in Te copia,  
Id dat Tibi negotii, quo candide  
Ac erudite differas  
Quod sit *Sophi* primordium, quis denique  
Progressus utiissimus,

Es dignus idcirco votu praconii  
Vt eveharu fevidis,  
Quas invenire prosperam citissime  
Meram, scopumque, comprecor.

Prolixo in lectissimum Sympatriotam affectu impulsus,  
hac adjicere voluit

Augustinus Lazari, Leuchovient. Hung.

---

MARTINUS.

Anagramma:

INTRAMUS.

**I**ntramus per Te, ad pugnam, MARTINE vocati,  
Limina, quae implevit concio clara virum.  
Ne vero in miserum fias crudelis Amice,  
Qua piece Te possum, Ivavis Amice, rogo.

CALIXTUS.

Anagramma:

LUX CASTI.

**L**ux mea, Delicium, Thesaurus, Vita, CALIXTE,  
Cujus praereliquis est mihi cara salus.  
Te casti oblectant discursus; Hinc Tua clara  
Semper plus voligat Pama per ora Virum.

MARTINUS CALIXTUS.

Anagramma:

CUR LUX SIT AMANTIS?

Ad Lectorem:

**Q**ueris cur mea sit Lux, Cor & Vita CALIXTUS?  
Namque animum totum solus amantis habet.

Respondenti Humanissimo, Amico & Conteyraneo perquam dilecto  
scr.

Johannes Glofius, Hung.

---

MARTINUS CALIXTI.

Anagramma:

MULTI CARI SANCTIS.

(x in es.)

**Q**uotquot laudat Pietatis amore tenentur,  
Cari sunt Sanctis omnibus, atque Deo.  
Ast ubi nunc Pietas? Multi Pietate relicta,  
Semina, quae spargunt, Impietatis amant.  
Sed sit non nemo laero, prado, impius aut fur,  
Tu, ut semper fueras, esto, CALIXTE, pius.

Sic cecinit Amico suo Pyladeo

Tobias Joni, Leibicensis Hung.

1a

*Quod Deus Bene Veritas!*

**De Incunabulis Philosophiæ, ejusdemq; ad nostram ætatem progressu,**

**DISSERTATIO POSTERIOR,**

quam  
*Sub Præsidio*

**M. JOHANNIS SARTORII,**

**Gymn. Thorun. Prof. Publ. ac Visit.**

*publice tuebitur*

**MARTINUS CALIXTUS,**

*Michaëli-Villensis Hungarus,*

**ad diem XX. Decembr. A.O.R. MDCXCI.**

*In Auditorio maximo, horis confyctis.*

---

**THORVNII, Formis Johannis Balth. Bresleri, Gymn. Typogr.**

*Balth*